

GABRIELIS PALAEOTI
BONON. IVRISCONS.

DE NOTHIS SPVRIIS QVE FILIIS
LIBER
IN QVO OMNIA QVAE AD
HANC MATERIAM PERTINENT.
COPIOSISSIME TRACTANTVR.



BONONIAE.

Apud Anselmum Giaccarellum.

M. D. L.

I V L I O III. P O N T.

M A X.

Gabriel Palæotus. S.



V M, te nuper diuino nomine nobis
Principe dato, iam secunda omnia, &
Christianæ Reip. salutaria ab incredibili
sapientia, ac uitæ tuæ integritate iure cœ
pta sint sperari, haud mirum est certe, tā multos ad te ex
longinquis etiam terris summo cum plausu, & gratula
tione, ad tam faustum Dei munus agnoscendum, atque
uenerandum quotidie confluxisse. Ego quoque, cum
præclaro tuo familiarostra patrocinio iampridem ni
teretur, decreueram omnino, tum communi quodā,
et præcipue ciuium nostrorum munere, tum priuato
meo erga te obseruantiae iure, isthuc ad sanctissimos
tuos pedes deosculandos excurrere: sed cum uererer, ne
in tam frequenti præsertim salutatorum conuentu hu
iusmodi officium uix appareret, curandum mihi puta
ui, ut alia ratione, meæ erga te fidei, atque obseruatiæ cui
dentiæ testimonium darem. Quapropter collegi nō
nulla ex commentatiunculis, uigiliisque meis, quæ nunc
augustissimo nomini tuo consecrarem, nō eò quidem,
quod non intelligam, Maiestati isti tux multo maiora,
& ampliora deberi, sed quod non patitur fortunæ meæ
tenuitas, alio me aptiore officii genere ad uenerandos
pedes tuos procumbere. Et sane cui nam potius, hæc

Gabrielis Palæoti Bonon. Juriscons.

De Nothis Spuriisq; filii liber , in quo
omnia quæ ad hanc materiam pertinent,
copiosissime tractantur.

*An initio omnes ex quocunq; concubitu suscepiti filij,
legitimi haberentur.*

- 1. Ante Leges scriptas, an aliquid illegiti-
me factum dici posset, & num. 9.
- 2. Quid Cicero de primæua hominum cō-
ditione senserit.
- 3. Quis primus leges scriptas populis edi-
derit, & quo tempore.
- 4. In sacris literis illegitime natos s̄epe
nominari.
- 5. Duplex ius naturale præter vulgarem

- 6. Doctorum differentiam.
- 7. Quomodo id quod de iure naturali est.
cēseatur prohibitum , aut permisum.
- 8. Ius naturale, in homine, quomodo acci-
piatur.
- 9. Cur promiscuus concubitus fuerit pro-
hibitus.
- 10. Iure naturali, delicta etiam damnari.
- 11. Lex, quid sic, & quando inuenta.

CAP. I.



VM DE FILIIS illegitimis simus tractaturi,
ut omnia recte , atque ordine tradantur , necessa-
rium duxi de corum origine nonnulla in primis re-
censere. Cum n. materia perquā obscura sit, varijsq;
sparsum implicita questionibus , nos quibus hæc
omnia , quoad eius fieri poterit , dilucide explica-
re , atque in unum colligere , propositum est , nihil aptius facere pos-
se arbitratī sumus , quam ab ipsius rei ueluti incunabulis exordiri , ut
ita ad reliqua , quæ consequentur , facilior hinc aditus patefiat . Di-
cemos igitur primo , essent ne initio æquali omnes iure homines , &
quonam primum tempore hoc illegitimorum nomē ceptum sit usur-
pari , Qua quidem de re, inter grauissimos juris interpretes , magnam
olim fuisse controuersiam legimus , Ricardumq; Malumb.acris inge-
nij uirum , in quadam disputatione , ut refert Bartolus,^a respondiſſe ,
Iure naturali primæuo , quemcunq; concubitum paſsim licitum fuiſ-
ſe , omnesq; ex quo uis coitu susceptos liberos , legitimos extitisse , ser-
uatumq; id eouis fuisse ſemper , quoad latet sunt scriptæ ab homini-
bus leges ; illis .n. cum deinde certi hominum matrimonij fines effent
conſtituti , ita post factum , ut qui eos limites effent egrediſſi , primi ille-
gitimos uiderint filios , cum antea hoc ipium nomen effet ignotum ,
Quæ opinio placuit ſanè multis , ^b tum quod expreſſe Iuſtiniani uerbis

^a Bart. I. i. 3. de
concup.

^b Albe. I. i. 3. ius na-
turale de iuff. et
iu. Bal. non trac-
doc. 3. per. 33. 7.

A



A F F E C T U S

V I R T U T E

S V P E R A N T V R.



BONONIAE APVD ANSELVM
Giaccarellum M. D. L.